Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

cultas datur / Auditis omnibus in sententiam itur. Si reus damnaretur lictores magistratus supplicio
afficiunt / Eodem ordine de ciuilibus causis cognoscitur apud hunc magistratum / Et eius consiliu
qui liberam iudicandi potestatem habent / Oratoria facultas plurimum valet: Itaque si qui diserti repe
riuntur, hi aduocati in ciuilibus et criminalibus causis adducti. plurimum et gratia et dignitate in ci
uitate possunt. Uniuersa hec ciuitas in duo genera diuisa est: Alii enim sunt Equestris ~~ordinis~~
generis: Alii plebei. Plebei mercaturis et officiis intendunt / Equites veteribus patrimoniis
contenti, redditibus aluntur. Equestrem dignitatem obseruant / Si quis plebeius ditior factus
ad equestrem locum peruenire tentaret: et nullo modo licere putant. Nec nobilitas que in eo prop
hanari, aut pollui dignitatem suam arbitratur hoc cum facere permittit. Ita per longa tempora
utraque ordo in suis finibus consistit / Cum equites ad mercaturas et sordidiora munera declinare
in turpissimis sit, plebeio aut ad equestrem dignitatem se attollere nullo modo liceat, nec nobi
litas paciatur. Gubernacio tamen rei publice communis est plebeis et nobilibus. ¶ Ad septem miliaria
a Constancia A transitu vero alpium xx milia passuum oppidum extitit Velthirchum / Est
opulentum atque urbanum / Edificia habet speciosa Vineis et pometis plurimum habundat: Flumen
quoque Rheni oritur in Alpibus non longe ab eo loco Cum ab Italia transitus fit ex sinistra manu
Sed mox ad dexteram vergens / Et suo gurgite et multorum incrementis adiutum / Ingens et robustum
decurrit inter orientem et septemtrionem recto alueo conuersum. Aquam habet medii coloris inter
ceruleam et viridem, cursum rapidum / Alueum arenosum, solidum tamen Ita ut pedibus pressus
vestigio non signetur.

Fuerunt (in hac inclita ciuitate temporibus Concilii in ea habiti) [redacted] ingentem multitudinem hominum fuisse
ex omni natione christiana / Populi tamen erant ~~nacio~~ Itali galli, Germani hispani et angli / Quorum
suffragiis / omnes Concilii res geste sunt / Precipui homines quoque in eo fuerunt Johannes xxiii summus pontifex
et Sigismundus Cesar: Quinque episcopi cardinales: xvi presbiteri cardinales: vii diaconi Cardina
les: patriarche vii: Archiepiscopi xxxiii / Episcopi 104. Abbates lx insignes. Generales qua
tuor ordinum Duces xxiii. Comites. CxL. Communitates quoque urbium / tam Italie / quam Germa
nie superioris et inferioris. Post electionem vero Martini Sigismundus conclaue ingressus nullo habito dig
nitatis sue respectu gratias omnibus cum lacrimis egit / quod necessarium rei publice christiane pontificem elegissent.